

# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex: || quae extant: Comoediae. An= || dria.  
Eunuch[us]. Heautontimo= || rumenos. Adelphi. Ecyra. ||  
Phormio. || ... [qui]= || b[us] erudita Philippi Mele Brettani  
p̃posita est epi || stola ... || ...**

**Terentius Afer, Publius**

**Lipsiae, 1519**

Prologvs

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114211)

PROLOGVS.

Fo. CIII.

Athenas. moritur, uirgo sola, aberat Chremes.

Fanus procurat, ibi eam uisam Antipho

Cum amaret, opera parasiti uxorem accipit.

Pater & Chremes reuerſi fremere, dein minas

Triginta dant parasito, ut illam coniugem

Haberet ipſe. argento hoc emitur ſidicina,

Vxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

PROLOGVS.

Senarii.

Oſtq̄ poeta uetus poëtam non poteſt

Retrahere a ſtudio, & tradere hominem in ocium,

Maledictis detertere ne ſcribat, parat.

Qui ita diſtitat. quas antea fecit fabulas

Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui,

Quia nuſq̄ ſcripſit inſanum aduſcentulum

Ceruam uidere, fugere, & ſectari canes,

Et eam plorare, orare ut ſubueniat ſibi.

Quod ſi intelligeret cum ſtetit olim noua

Actoris opera magis ſteriliſſe q̄ ſua,

Minus multo audacter q̄ nunc lædit læderet.

Et magis placerent quas feciſſet fabulas.

Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet,

Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prior,

Nullum inuenire prologum potuiſſet, nouus

Quem diceret, niſi haberet cui malediceret.

Is ſibi reſponſum hoc habeat, in medio omnibus

Palmam eſſe poſitam, qui atrem tractant Muſicam.

*Tua eſt uirgo Pul. quæ  
Dem. Trachinas in ſe tenet. appo.  
habet de quibus rebus Pul.  
videtur.*

*De ueteris  
ſec. ſub d. eſt in hoc  
prologo poëta Terentio  
maliduo poëta aduſ.  
210 ſuo laſco in d. a  
no ſub comedia aduſ.  
quæ ad dicit et com.  
ſub d. d. comedia eſt  
reſ. uetat.  
Et ſic genus dicit  
in comedia a d. d. d.  
cauſe in ſermonibus d.*

*Et poëta hic dedita uerba  
ſunt de philologia et iſta dicitur  
ſig. dicitur ſpectantibus aduſa ſe  
Sanda uirgo lo. Rauden  
Elegantia huius Quas credes  
hæc non ſunt uerba uerba.*

*Sic et in prologo I. canentium  
ſunt appellati iſta poëta*



PHORMIO.

Ille ad famem hunc ab studio studuit reicere,

Hic respondere uoluit, non laceffere.

Benedictis si certasset audisset bene,

Quod ab ipso allatum sit, sibi esse id relatum putet.

De illo iam finem faciam dicundi mihi,

Peccandi cum ipse de se finem non facit

Nunc quid uelim apinm attendite. apporto nouam

ET ΙΔΙΚΑΞΩ ΜΕΝΟΝ quam uocant Comœdiam

Græci, Latini Phormionem nominant.

Quia primas partes qui aget, is erit Phormio

Parasiticus, per quem res agetur maxime.

Voluntas uestra si ad poetam accesserit,

Date operam adesse a quo animo per silentium,

Ne simili utamur fortuna, atq; uli sumus

Cum per tumultum noster grex motus loco est,

Quem actoris uirtus nobis restituit locum,

Bonitasq; uestra adiutans, atq; æquanimitas.

ACTVS PRIMVS.

DAVVS SERVVS.

Senarii.

Mieus summus meus & popularis Geta

Heri ad me uenit, erat ei de ratiuncula

Iam pridem apud me reliquam pauxillulum

Nûmorum, id ut conficerem, confeci, affero.

Nam herilem filiam eius duxisse audio

Vxorem, ei credo minus hoc corraditur.

Quam inique comparatum est, hi qui minus habent,

Vt semper aliquid addant diuitoribus,

*[Handwritten marginal notes in Latin and Greek, including 'Pollopori greci', 'Phormione a pasi', 'ACTVS PRIMVS', 'Senarii', and various commentary on the text.]*

*[Handwritten marginal notes on the right edge of the page, including 'Quod ille u...', 'Summ def...', 'Id illa uniu...', 'Quanto lat...', 'Fecit alio...', 'Porro alio...', 'Vbi initiabu...', 'Puet causa e...']*